

* Hinc librum falso. L. Fenestella attributum. ait Equina Daxo. in l. 1. ff. de
off. quatuor. nam istius libri Author fuit Andreas Dominicus Flor. quem ego habeo.



L. FENE
STELLAE, DE MA

GISTRATIBVS, SA
ærdotijsq; Romanorum
Libellus, iam primum
nitori restitutus.

Pomponij Læti itidem de magistratibus & særdotijs, & præterea de diuersis legibus Roma.

Item Valerij Probi grammaticæ de literis antiquis opusculum.

LVTETIAE, in officina Christiani VVeichel, sub sacro basileensi, in uico Iacobeo.

1 5 2 9.

L. FENESTEL

LAE DE SACERDO

TIIS ROMANORVM

LIBELLVS

PRIOR.

DE PANOS SACRIS

atq; sacerdotibus. Caput I.



OMNIVM deorum, quos
uetus Romanorum religio
excoluit, prima Pani Lyceo,
seu Faunum illum, seu poti-
us Sylvanum uocari placet, p
Lupercos rem diuinam, lu-
percalésque ludos fecisse a-
pud uetustatis assertores cō

Lycæus.

Faunus.

Luperci.

Euander.

stat. Ea quidem sacrorum genera ab Euandro rege,
qui ex Arcadia profugus, in eum locum uenerat, qui
tandē Romana præfuit arci, ad nostros primū delata,
ac celebrata fuisse serūtur. Hūc Pana nudos pastores,
quorū tunc præcipuū numen fuit: ac deinde quos sū-
mos etiā uiros uenerari mos fuit, loraq; pro manibus
ferre, quibus quosq; cæderent, laruisq; tectas facies
portare. Cur autē nudi hūc deū colerēt, pleraq; è cur-
riculo uetustatis ad nos usq; delapsa referuntur. Siue

Pana quare
nudi colue-
rint.

A 2 enim

POMPONII
LAETI DE RO. MAGI-
STRATIBVS, SACERDOTI-
is, iurisperitis, & legibus, ad M.
Pantagathū Libellus.
DE REGE.



Vrbis Romae, & imperij Romani con-
 ditor Romulus, Marte genitus fuit,
 is postq̄ omnium consensu praesuit,
 legem tulit: ut nemo regnum, aut ma-
 gistratum iniret, nisi autor fieret de-
 us, ipseq; per auspicia confirmari uoluit. Vocabulum
 à regendo deductum est. Multitudinē omnem Romu-
 lus diuisit in partes tres, quas tribus appellauit, &
 singularum tribuum duces tribunos nominauit, & ip-
 sas tribus in triginta partes diuisit, curias dixit: quo-
 niam earum cura res publica sententiam expediebat,
 & inde late ab regibus quaedam leges, curiate deno-
 minatae sunt. Curiarum praefectos curiones dixit, &
 curionum decuriones. L. Papyrius, qui fuit tempore
 Tarquiniij Superbi, latas leges in uolumina redegit.
 Vnde iuris ciuili Papyriani nomen deducitur. Rex sa-
 crificijs, templis, & omni cultui deorum, & legibus,
 & moribus praerant, magnarū causarū iudex: mino-
 rum uerò causarum senatum uoluit esse ipse Romu-
 lus iudicem.

Romulus.

Tribus.
 Tribunus
 Curiae.

Curiate. II.
 Curiones.
 Decuriones.
 Ius ciuile.
 Papyriantē.

THEODORI

CVS GRESEMVNDVS

LECTORI. S.



HN tibi lector hūanissime Valerij Probi in singulares antiquorū literas interpretamēta, quibus nos pleraq; passim inuenta adiecimus. Inter quæ si quid forte occurrerit, quod friuolum tibi, aut nimis temerarium uideatur, memineris ipsum quoq; Probum non parum multa eiusmodi posuisse. Nos ea quæ uides transeunter, neque tamen omnino sine delectu, pro temporis angustia congesimus. Tu proinde cui plus est otij, quicquid lolij, aut auenarum spicilegio huic nostro inerit, diligenter excute, id est ubi libellum emeris, obelo censorem age. Poteris etiā quicquid repereris in super, arbitrato tuo addere, cuius rei gratia tibi post singulas literas, singula interualla reliquimus. Valerio Pomponium Lætum de Roma, magistratibus, Saerdotijs, & Legibus subiecimus. Videntur enim omnia hæc antiquitatibus cognoscendis, quas ad Theodoricum Zobel uirum profecto nobilium eruditissimum, & eruditorum nobilissimum dedimus, non parum accommodata, quæ tu lector boni & equi cōsule, accepturus paulo post collectanea nostra antiquitatum, tam in urbe, quam in agro Mogūano repertarum. Bene Vale.

VALERII

V A L E R I I

PROBI GRAMMATICI DE
LITERIS ANTIQVIS
OPVSCVLVM.



St etiam circa perscribēdas,
uel pauāioribus literis notan
das uoces studium necessa
rium, quod partim pro uolun
tate cuiusque fit, partim
usu publico & obseruatione
ne communi. Nam apud ue
teres, cum usus notarum nul
lus esset, scribendi facultatem maxime in senatu, qui
aderant in scribendo, ut celeriter comprehenderent,
quedam uerba atque nomina excommuni consensu
primis literis notabant, & singule literae quid signifi
cabant, in promptu erat, quod nominibus, pronomini
bus, legibus publicis, pōtificūque monumentis, iurisq;
ciuilis libris etiam nunc manet. Ad quas notationes pu
blicas accedit etiam studiorum uoluntas, ut unusquisq;
familiares sibi notas pro uoluntate signaret, quas com
prehendere infinitum est. Publicae sanē tenendae sunt,
quae in monumentis plurimis, & historiarum libris, sa
crisq; publicis reperiuntur, ut sunt iste.

DE

DE LITERIS ANTIQVIS.

I.	Mille significat
V.	Quinque milia
X.	Decem milia
I.	Vnum notat
V.	Quinque
X.	Decem
L.	Quinquaginta
C.	Centum
s. uel CC.	Ducenta
D.	Quingenta
M. uel s	Mille
I. s s.	Quinq; milia
C. C. I. s s.	Decē milia, uel <u>X.</u> uel CCI.
	s s uel s M C. ue IMI.
DM I s s s.	Quī quaginta milia. uel D.
CCC I s s s.	Centum milia uel <u>ꝯ.</u> uel C.
	uel CM.
CM s.	Mille milia. uel Cq s.

FINIS.

Lutetia, expensis Chris-
tiani Vvechel. Anno
M. D. XXIX.
Mense Decembri.

